Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26908
Copyright: Admont, Benediktinerstift



prophetica

non est cuius oculi regem in decore uidebunt. Nam
illis inter muros aquarum aque non sunt pernicie sed
salutis et circa huius sci tumulum nix cadens de
celo non est causa humoris sed salutis. quia magnus
honor apparet sup tumulum eius. et quod dicto
mirabile est. uideas in circuitu montes niueos ele
uari. sed tamen non possunt attingere ad terminum
sci sepulchri. Et non mirentur fratres karissimi
si terra niue operitur sed hoc est multum mirabile quod
non est causa attingere sepulchrum summi sciq;
pontificis. Nam plerumque deuocio et studium fide
lium fratrum sup sancto pontifice oratorium con
struebat de lignis leuigatis tabulisque pictis impo
sitis sed cicius aut rapiebantur auento. aut spon
te ruebant a terra. Quod ipse prestare dignetur. Q. v.

Prophetia. Me[illegible] Romani.

Anno gre. m. cc. lx. regnabit Mefredus bastardus a flatu mozam
usque ad finem regni. Contra quem ueniet uir ultra montanus leo
francie propter audaciam et seueritatem animi qui debellabit eum
et auferet diadema de capite suo. Tunc surget filius aquile et in uo
latu illius debellabitur leo. sed xxi. die post conflictum filius aquile in
trabit in os leonis. Post hec leo modico tempore regnabit.
Orietur enim [illegible]mus de radice regni f. nomine orientalis qui
debellabit eum et ad nichilum rediget ita quod memoria sui non erit
sup terram. cuius potencie brachia extendentur usque ad finem mundi
ipse enim imperans imperabit et suo tempore summus pontifex
capietur. Illius etiam temporibus terra sancta et sepulchrum domini miri
fice honorabitur et regnabit concordia sup omnes in xpm
credentes.

prophetia marchini Romani